Hæc valde faciunt præcedentis capituli extrema verba: nam cum Dei timorem et observantiam commendaret propheta Israelitis, si vellent Deum habere patronum et ducem, statim addidit: *Quòd si perseveraveritis in malitiâ, et vos et rex vester peribitis.* Post verò in principio capituli perbellè subjungitur, non diu innocentem fuisse regem, cum tamen instar pueri unius anni, innocens et purus regnum inisset; atque idèò regnum illius fuisse perbreve, et secundo, ex quo cepisset, anno fuisse finitum; quæ summa quædam complexio est regni Saülis. Nam statim quale habuisset exordium, postquam publicè unctus est in regem, post victum Naas Ammonitem ostendit, et

salutatus et acclamatus fuerit. Neque diu cælere debuit Samuel regis electionem, cum instaret populus, ac regem sibi dari instar aliarum gentium penè convicio efflagitaret. Post mensam verò ab electione seu acclamatione, ut constat ex cap. 11, bellum gessit contra Naas Ammonitem, cujus eventu felicissimos animos omnium sibi conciliavit. Quare necesse non fuit, plus temporis assumi ad sedandam invdiam, si qua fuit. Neque est verisimile, animos excitatos et alacres ex recenti victoriâ, tam regis quam aliorum inertè otio duos annos vacuos omninò à rebus gerendis habituros.

Alii putant, idèò dici Saulem duobus annis regnasse, quia secundo anno ab ejus electione unctus est David in regem, atque idèò ab eo tempore rex esse desit legitimus. Sed hæc ratio non admodum premit, quia illa tantùm fuit designatio quædam ad regnum suo audeandum tempore, non regni possessio: neque designatio illa populo nota, neque à quoquam rex appellatus, licet ex rebus sanctè ac feliciter gestis, communiter ab omnibus, atque adeò ab ipso Saule, rex aliquando futurus existimaretur. Accedit, quòd David quadragesima annos regnasse traditur, 2 Reg. 5, extincto Saule: *In Hebron regnavit super Judam septem annis et sex mensibus; in Jerusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel et Judam.* Ubi aliis anni qui sumi poterunt à regno illegitimo Saülis, non est locus. Quare cum alii anni, neque ipsi Saül, neque David sint adscripti, satis est verisimile eos nullos fuisse.

Alii communiter multi ac magni nominis auctores agi hæc putant de his annis, in quibus sanctè atque simpliciter regnavit Saül: nam exacto biennio non jam regium et humanum egit, sed impium atque tyrannicum agitavit imperium. Sed non puto peccatum Saülis, de quo infra propter quod audire meruit: *Nequaquam regnum tuum ultra consurget; quasi-vit Dominus sibi viram juxta cor suam, etc.*, contigisse secundo anno ab imperio suscepto; nam nimis esset segnis rex novus, etsi non insolens, ac certè alacer ex victoriâ, si tandiù desideret otiosus, et cursus ipse historiæ non indicat tantum temporis à bello vacui intercessisse, sed potius primo: nam illud bellum fuit secundum, quod gessit Saül, in quo audivit à Samuele translatum esse regnum ad alterum.

Sed sanè videtur difficilè creditu, cum in aliis iudicibus ac regibus, anni simpliciter positi sint, quibus ipsi regnârunt, ad cognoscenda

quomodò ab ipso statim in primo congressu, quem adornavit contra Philistæos, peccatum est, et indicta reprobato. Quare juxta ea quæ prædicta fuerunt à Samuele in fine præcedentis capituli, à regno excidit et vitâ, altero anno à suâ inauguratione.

Sed antequàm hinc expediatur, duo nobis explicanda sunt, quæ plerosque adduxerunt, ut laxum spatium assignaret Saülis imperio. Alterum est, quia tot prælia à Saule pugnata non videntur bienniali spatio confici potuisse. Sed qui expendit proximum esse hostem, prompta Israelitarum studia, et bellum comparari et conseri cum hoste vicino facillè posse, non sanè ultra biennale spatium longiorem moram desiderabit. Hujus rei argumentum erit bellum primum, quò superatus est Naas Ammonites, quod uno et altero die comparatum est, et illatum cum insigni Ammonitarum cæde. Sic ergo reliqua peragi poterunt multò facilius, cum jam essent habitu delectus, prædicta arma, et res militaris suis ordinibus perfectisque digesta, et miles ex victoriâ alacrior; imperator antea rudis, jam usu doctor; injeclus hostibus timor, et aditus jam apertus victoris.

Alterum est, quia extincto Saule, filius ejus Isboeth quadragenarius esse dicitur 2 Reg. 2. Ex quo efficitur jam senem Saulem ad regnum esse vocatum; senilis autem ætas non admodum idonea est bellis administrandis. Respondeo, ita omninò esse dicendum: nam Jonathas, quando pater regnum suscepit, jam erat ex-citui administrando maturus; quare ab eâ ætate non longè aberat. Et cum in bello non valent ducis tam vires ac læcrti quam prudentia, consilium et auctoritas, quæ in ætate senilique plerùmque sunt, oportuit plebi non admodum pacate ducem præponi, in quo cum ætate jam grandi prudentiæ laus et consilii maturitas inveniretur: neque enim aliâ in re commendari posse videbatur homo ante tempus illud ignotus. Quare suscepisse videtur regnum Saül annos natus quinquaginta octo, aut eo circiter: nam anno ætatis suæ decimo octavo satis potuit generare filium, cum longè natu minores alii per id tempus generasse dicantur: ut enim docet Hieronymus Epist. 152 ad Vialem, Salomon decimo anno ætatis genuit Roboam, et eodem anno ab Achaz genitus est Ezechias. Quòd si Philoni de Antiquitatibus Bibliæ habenda est fides, multò provectoris ætatis erat Saül, quando regnare cepit. Nam interfuisse tradit illi bello, in quo sub Helj à



Philistæis capta fuit arca Dei; ad ejus ætatem, quam provecum esse oportuit, utpote non immaturo milite, accessit totum Samuelis imperium, quod, ut probatum est supra, paucorum annorum non fuit, cum illud interit adolescens, et in eo consenuerit. Adde, quod fortasse Isboseth non habuit quadraginta annos, sed triginta octo, aut etiam pauciores: nam frequentissimum est in sacrâ Scripturâ, minores numeros omitti, qui vel excedunt plenum et perfectum numerum, vel ab eo deficiunt; et adhiberi tantum perfectos, qui vero accerto numero propiores sunt.

Sed est adhuc quod objicias: nam quo tempore Saul creatus est rex, in domo paternâ erat, ut apparet, et patris potestati subjectus: nam aliter ad querendas asinas non esset à parente missus. Qui verò sub patris potestate sunt, non esse sunt ætate, quam Saul tribuimus, dum regnum inicit. Hæc obiectio gravis illi videtur, qui antiquum Hebræorum morem ignoraverit. Notum est enim, filios etiam post nuptias retineri à parentibus domi, illorumque operâ ut ad communes et domesticas curas, Sic sanè Judic. c. 12, v. 8, fecisse videtur Abesân judex Israel, qui triginta filios etiam post nuptias apud se retinuit domi, cum tamen filias foras emisisset, in domos videlicet socerorum, ubi nempe illarum conjuges habitabant: *Post hæc, inquit, judicavit Israel Abesân de Bethlehem, qui habuit triginta filios et totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, et ejusdem numeri filios suos accepit uxores, introducens in domum suam.* Quæ verba sic intelligo, ut sonant, Quod etiam observatum puto inter gentiles, maxime sub hoc tempus; nam de Priamo, qui in hæc fernè tempora incidit, ex hæc, ut reor, vulgari consuetudine tradit Virgilius lib. 2. *Aeneid.* in domo illius cui, ut ipse fatetur coram Achille Iliad. lib. ultimo, quinquaginta fuerunt filii, totidem fuisse thalamos. *Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum, Barbarico postes auro spoliisque superbi, Procubere.*

Idem de filiis Job tradit Origenes lib. in Job, ubi rationem tradit, cur filios patres etiam matrimonio copulatos domi apud se retineant: *Ad satisfaciendum, inquit, humanis sensibus, promiscuè Deus illis dedit et dat filios et et filias. Et adhuc ob hoc dat promiscuè, ut et concordia atque conjunctio hominum multipliciter per connubiorum copulationes.* *Ubi enim dederunt filias suas in conjugium, et et acceperunt filios suos uxores, ibi copulatio*

*fit connubii, crescit conjunctio sive apud pauperes, sive apud divites. Quòd si sanè alicui filii tantum nascerentur, alii autem filia, cum eas viris omnes traderet, domum vacuam relinqueret, atque hereditatem suam desolatam. Nunc verò filias suas sanè dat foras, filiis autem intus accipit uxores, ac per hoc, et extrinsecus habet cognationem, et intrinsecus hereditatem. Sic namque et Job fuerunt septem filii, et filia tres, ut cum ipsas sanè foras traderet viris, haberet extrinsecus filios adoptivos; et cum filios suis de foris acciperet uxores, haberet etiam in his extrinsecus adoptivas filias.*

Sed utcumque fuerit de communi filiorum atque parentum habitaculo, illud certum est, filios olim, etiam qui jam fuerint alligati conjugii, addictos esse patri potestati, quantumcumque fuerint ætate proveci. Quâ de re lib. 1. Institut. tit. 9, de patri potestate; ubi non filii solum, sed etiam nepotes et pronepotes patri potestati subjecti esse traduntur. Vide Dionysium Halicarnasæum lib. 2. Sed quòd filii jam grandiori ætate parentibus serviant, resque curent domesticas et communes, arguimento nobis sunt duo fratres, Jacob et Esau, qui in domo habitabant paternâ, remque curarunt communem ad parentis imperium; cum tamen annos agerent tres et septuaginta. Id quod ex Scripturâ sacrâ manifestè liquet; nam quo tempore ingressus est Jacob in Ægyptum, annum agebat centesimum trigessimum, Genes. cap. 47, v. 9. Tunc autem Joseph annorum erat triginta novem, quod ita demonstratur: nam quando apparuit coram Pharaone, trigessimum agebat annum, Genes. 41, v. 46, quando pater ingressus est Ægyptum, jam à Josephi præfecturâ septem anni fertilitatis transierant, et duo sterilitatis, Genes. 45, v. 6: *Biennium (inquit Joseph ad fratres) est, quòd cepit fames esse in terrâ, et adhuc quique anni restant, in quibus nec arari poterit nec meti.* Deinde antequam nasceretur Joseph, quatuordecim annos posuerat Jacob in Mesopotamiâ, serviens socio Laban. Quod ex eo liquet, quia Jacob viginti annos servivì socio Laban. Genes. cap. 31, v. 38, quatuordecim pro duabus uxoribus, sex pro domo sui atque familiâ, ibid. v. 41; sex autem anni ab orto Josepho numerati sunt, Genes. cap. 50, v. 25: quare hi anni ex viginti detrahendi sunt, et ita manent quatuordecim, quos si addideris triginta novem annis, quos agebat Joseph, quando pater centum et triginta compleverat, fili-

cies annos quinquaginta tres, quos si ex centum et triginta detrahas, supererunt septuaginta septem, quos tunc agebat Jacob, quando ex paternâ domo egressus est; et tamen vir tantum paterne suberat potestati, sicut eo tempore Saul, quando vocatus est ad regnum.

Exemplo item nobis esse poterunt omnes filii Jacob, quos pater in Ægyptum misit frumentandi gratiâ; et tamen illorum plerique quatuagesimum excesserant annum; imò et illorum aliqui non procul aberant à quinquagesimo, cum Joseph, qui longè erat inferior, annum tunc ageret trigessimum nonum; et tamen illi tot et tam grandes filii uxores duxerant, et filios susceperant eo numero, ut de femore Jacob, id est, ex genere illius, ingressi fuerint in Ægyptum sexaginta sex, Genes. 46, v. 26. Quid ergo miremur, si Saul jam grandis sub potestate parentis fuerit? Hinc etiam advocari possent fratres David, qui cum grandes essent natu, et jam, ut est verisimile, uxores duxissent, tamen sub paternâ adhuc erant potestate et curâ, quando ad filios, cum essent in acie, misit pater Isai per Davidem jam etiam grandem, quique eodem anno uxorem duxit filiam Saulis, comedum et victum; sic enim Isai ad Davidem infra cap. 46, vers. 17: *Accipe fratribus tuis ephi polentæ, et decem panes istos, et curte in castra ad fratres tuos.*

VERS. 2. — ET ELEGIT SIBI SAUL TRIA MILLIA DE ISRAEL (1). Ex bello, quod exitu secundo con-

(1) ELEGIT SIBI SAUL TRIA MILLIA. Acta hæc fuisse in communi populi conventu, historiae hujus series luculentè ostendit: quo tamen in conventu? Si cum conventum in Galgalis fuisse dicamus, conventum, inquam, in quo Saul confirmatus, et quodammodo iterum electus fuit, tunc utique reputandum erit, bellum Ammoniticum non nisi in secundum vel tertium annum regni Saulis incidisse, ac deinde bellum cum Philistæis gestum statim consecutum fuisse; quod repugnat: 1<sup>o</sup> textui capituli 11, 4, ferenti, post evolutum ab electione Saulis mensem, Naas arma intulisse in urbes. Repugnat 2<sup>o</sup> textui, hujus capituli 15, ex sensu nostræ interpretationis, quâ significatur, Saulum filium fuisse unius anni, vel regem unius anni, cum bellum illud captivum est. 3<sup>o</sup> Denique hæc hypothesis pignora inter se continet; qui enim Saul primam regni sui annuum, et simul etiam secundam agebat, cum hæc tria millia selegit? Distinguendus est igitur conventus populi in Galgalis, ubi ab universo Israele in regem salutat est, à conventu altero de quo modo, in quo Saul tria millia selectissimorum assumpsit, ut bellum in Philistæos aggrediretur. Ex re autem fortasse judicatum non est, ut totus simul exercitus in hostes primo decerneret; opportunius enim esse censuerunt, ut prius expelleretur præsi-

fecit Saul contra Naas, copiosum secum habebat exercitum, qui ducis auspiciam illud exordium secuti, libenter sub illius signis dimi-

dium Philistæorum in Gabaa, in Machmas, et in Bethel. Tria igitur hæc loca diversis agnitionibus petita sunt. Jonathan aggressionem munimentum Gabæ suscepit confectis, pulsus Philistæis. Insignis hujus expeditionis, quæ ad reliquum bellum maximi fuit momenti, historiâ silet Scriptura. (Calmet.)

Adde, Saullem elegisse hæc tria millia, ut irremediabilis more suo repente Philistinis, Ammonitis alisque hostibus vicinis, haberet ea ad manum, quæ illis statim opponeret, ne Israelis agros urbesque vastaret.

Mystic Beda per tria millia, accipit tres virtutes theologicas, quæ nos contra omnes tentationes et hostes defendunt: 1<sup>o</sup> Populus a fidelium, inquit, sibi de Israel tria millia elegit, quia dum unitati fidei, sociandam spem et delectionem cognoverit, mox sibi a doctores, qui eandem fidem, spem et charitatem diligentibus se suosque doceant, atque ab hostis irruptione tulerunt, elegit. 2<sup>o</sup> D. Gregor. refert ad tres Ecclesie status: 1<sup>o</sup> Tria, inquit, millia esse perhibentur, quia in summa perfectionis facie, virgines profertur et iuxta quos, et continentis et veritatis defensores ponunt: dum enim exemplo virginum ad summam incorruptionis alios accedunt, dum continentium vite, alios a seculi corrumpitionibus auferunt; dum humilium debilitatem per auxilia potentium demulcent; contra hostes sanctæ Ecclesie boni doctores, quasi cum tribus electorum virorum millibus veniunt. 3<sup>o</sup> Porro solerter S. Greg. urget tria millia eorum, quod habent Sept. 1<sup>o</sup> Quia prædicatores, inquit, veritatis, ad defensionem sanctæ Ecclesie, non infirmos et debiles, sed robustos et validos bellatores ducunt. 2<sup>o</sup> Et paulo post: 4<sup>o</sup> Viri, inquit, dicuntur, pro fortitudine; de Israel esse referuntur, pro divina contemplatione. 3<sup>o</sup> Israel, enim hebr. idem est quod videns Deum, aut potius, prævalens Deo.

Bethel, id est, domus Dei, est Ecclesia, quam sancti præsules et prædicatores, contra demonum et tyrannorum incursum, quasi validi bellatores propugnant, ait S. Greg.

MILLE AUTEM CUM JONATHAN IN GABAA BENJAMIN. Jonathan hebr. idem est, quòd columbae domum, unde pariatum, præterque denotat, qui in Gabaa, id est, in colle sanctitatis degunt. Avulsi Bedam: Jonathan, columbae domum, inquit, tutor virginum dicitur, quia incomparabilis gratiâ Spiritus sancti efficitur, ut à manentibus in carne, carnis corruptio neciatur. 2<sup>o</sup> Bene et in sublimi virgines esse dicuntur, quia quod naturam humanam superpregerunt, in altissimo virtutum culmine situm est. Unde et virgo ille dilectus Jesu, locum virginum insinuat: *Vid supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quinquaginta quatuor millia, etc. Virgines enim sunt, Apoc. 14, v. 4.* In monte quidem esse cum Agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis et carnalibus delectationibus se dividunt, in supremâ Re demptoris gloria submanant.



carent. Ex omnibus tamen elegit tria millia; reliquos tandem domum abire jussit. Illa verò ita distribuit, ut mille tradiderit filio Jonathæ, quem duce[m] præfecit, utpote jam grandem ætate, quique et robore valeret ad dimicandum, et consilio ad bellum administrandum; reliqua verò duo sibi retinuerit. Ex quo supra conjectabam jam maturâ atque etiam senili ætate fuisse Sautem, qui tantum haberet filium et duas etiam filias jam nobiles, quarum alteram paulò post spondati illi qui singulari congressu Philisthæum superasset.

VERS. 5. — ET PERCESSIT JONATHAS STATIONEM PHILISTINORUM, QUÆ ERAT IN GABAA (1). Hæc Gabaa fuit patria Saulis, quæ proximè fuerat appellata Benjamin, in quâ statio erat Philistinorum, id est, præsidium, quod in munitissimis quibusque locis constituerant, ut populum aliquâ sibi ratione subjectum in metu atque in officio continerent. De quo supra, cap. 10, v. 5, ad illud: *Venies in collem Domini, ubi est*

PORRÒ CETERUM POPULUM REMISIT UNUMQUEQUE IN TABERNACULA SUA. Mystic S. Greg.: « In tabernacula, inquit, sua cætera plebs remittitur, ne de aliòis vite temeritate dânetur, et velut debilis et infirma in bello cæreat, dum altæ conversationis fidem spondet, quæ altæ virtutis robur non habet. »

(Corn. à Lap.)

(1) Querres: Quibus armis Jonathas percussit Philistæos? Nam ferrea eis ademerant Philistæi, ut patet, v. 15. — Resp.: Arma prisorum erant brachia; nam « pugnis rem agebant, et à quibus pugna dicitur. Inter ipsos adversarios, inquit Cassiodorus, l. 1, c. 50, non erant prius armata certamina, sed pugnis se, quamvis fervida, lacesseret intentio, unde et « pugna nomen accepit. »

Potuit quoque Jonathas ignem in stationem injicere, itaque cum comburere: potuit insuper incantare, vel dormientes Philisthæos nocte invadere, eorumque arma occupare, iisque ipsosmet obruncare.

Mystic S. Greg.: « Jonathas, stationem Philistinorum percussit, sed Saul tuba canens se percussisse perhibuit, quia, nimirum, electorum prædicatorum triumphis adscribitur, quò à subditis occultis adversariis superantur. » (Corn. à Lap.)

Jonathas battit la garnison des Philistins. Si Saul est l'image, surtout dans le commencement de son règne, des pasteurs qui conduisent saintement les âmes, son fils Jonathas l'est encore plus des simples fideles qui servent Dieu, non par crainte comme des esclaves, mais par amour comme des enfants. Ces personnes pensent toujours à emporter quelque chose sur les démons représentés par les Philistins. Mais lorsque Dieu leur a donné la victoire, ils ne s'en attribuent point l'honneur, et ils veulent que ceux à qui ils sont soumis en reçoivent toute la gloire, à l'imitation de Jonathas qui laisse recevoir à Saul son père tout l'honneur de l'action qu'il venait de faire. (Sacr.)

statio Philistinorum. Hæc verò statio et plures aliæ quæ fuerunt, ut est verisimile, in Israëlide regione dispositæ, id fecerunt, ne qua ibi cuderentur arma, neque aliquid fieret instrumentum è ferro, etiam rusticum; quod miserè atque extreme subjectionis argumentum est. Quod ferre non potuit Jonathas vir fortis et audax, quique abolere cupiebat dedecus illud ex Israël nomine. Quare aggressus est stationem quam habebat infestam et proximam, quam ita percussit feliciter et fortiter, ut partim cassis, partim fugatis hostibus, offensionem illam et ignominiam è patriâ civitate depulerit.

QUOD CUM AUDISSERT PHILISTHIM, SAUL CECINIT BUCCINA IN OMNI TERRA DICENS: AUDIANT HEBREI (1). Non difficile fuit hæc stationis suæ cladem ad Palestinorum aures pervenire celerimè, cum proximi essent, et comprimi de tantâ strage rumor nullo modo posset. Quare cum eodem propè tempore accepisset Saul percussam esse stationem illam, et Philisthæos in illius vindictam, tum etiam ut ignominiam illam è suo nomine depellerent, exercitum copiosum instruit, ipse quoque voluit exercitum conscribere copiosum, quem Philistinorum conatibus et viribus opponeret. Quare buccinatorem misit in omnem terram, ut omnes intelligerent quid rerum fieret in Israël, quid actum feliciter à Jonathâ, quid ex eo metuentium ab hoste vicino. Illud porrò: *Audiant Hebraei*, sumendum est, ut logici dicunt, materialiter; sunt enim præconum familiaria ac legitima verba, quæ in exordio ponuntur edicti prætorii, aut regii mandati, quod ad populorum notitiam evulgatur. Quale fuit illud Nabuchodonosor, Dan. 5, v. 4: *Præco clamabat valenter: Vobis dicitur populus, tributus, et linguis, etc.* Edixit itaque Saul omnibus Hebræis, ut quando recusari non posset, quominus con-

(1) Sunt qui credant denuntiatum id potissimum esse Israelitis transjordanis, qui eodem nomine appellantur pariter inferius, v. 7. *Hebraei*, juxta vocis originalis vim sunt ii qui trans habitant. Quare Abraham *Hebræus* appellatus est, quò è regione trans Euphratè venisset. Promptum illud auxilium quod cives Jabes Galaad à Saule in bello Ammonitico petierunt, alacriores utique eosdem Hebræos ad opem fratribus suis ferendam facit. Itaque statim illos trajecisse Jordanem, et inter primos adivisse Galgala, legitimus. Septuaginta ita Hebræum vertunt: *Spererunt servi*, quasi hoc esset signum in arma ruendi. Hæc tamen versio nonnisi ex incuria amanuensis petitur, quemadmodum simili de causâ vertit Aquila: *Audiant servi*.

grediendum esset cum hoste, cujus jam antea sæpè fuisset explorata potentia, omnes se quamprimum ad præliandum accingerent, et ex re præclarè gestâ meliora omnia sperarent in posterum. Quod cum audissent Israëlita, crexerunt sese, et in clamato de more Saulis nomine, quem duce[m] sequebantur, profecti sunt in Galgala juxta Samuelis præscriptum, de quo cap. 10, v. 8, ut ibi se religiosè ac sanctè, placato priùs et advocato Domino, ad arma compararent. Quis autem fuerit popularis ille clamor, incertum est: suspicor tamen talem fuisse, qualem edidère milites, Judic. cap. 17, qui aggressuri Madianitarum castra, Gedeonis et Dei nomen in clamaverunt, v. 20. *Gladus*, inquit, *Domini*, et *Gedeonis*. Aut illa verba, quæ resonare solent publico plausu in regum inauguratione: *Vivat rex!* aut: *Domine, saluum fac regem*. Et si qua præterea sunt ejusmodi. Fuit autem usitatum antiquis saltem populi Romani temporibus, ut exercitus rebenè gestâ imperatoris nomen usurparet identidem cum jubilo et plausu. Ita Tacitus lib. 3 Annalium: « Prisco erga duces honore, qui cæne gestâ republicâ, gaudio, et impetu victoris exercitus conclamabantur (1). »

VERS. 5. — ET PHILISTHIM CONGREGATI SUNT AD PRÆLIANDUM CONTRA ISRAEL, TRIGINTA MILLIA CURRUM (2), etc. Cùm audissent Philisthæi,

(1) VERS. 4. — EXEIT SE ISRAEL ADVERSUS PHILISTHIM. Exigere cervicem cospère Israëlita adversus Philisthæos, tanquam mancipia quæ jugum excutiant, ac vinculis solvi conantur. Hebræus: *Factus Israel Philistinum*; tanquam à re libidâ et purulentâ Philistæi ab illis abhorrentur, horrori illos habuerunt. Eodem sensu Hebræi in Ægypto exprobrabant Moysi: *Fætere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis ejus*; nos minimè patiuntur. Septuaginta: *Israel nihil fecit alienigenis*. Syriacus et Arabs: *Vicit Israel Philisthæos*. Jonathan: *Animatus (concitatus) est Israel in Philisthæos*. (Calmet.)

(2) Syriacus et Arabs pro *triginta millibus*, legunt, *tria millia*, et criticorum doctissimi eum numerum retinendum censent, corrupto facile textu originali, duplici literulæ additione.

Collectis variis Scripturæ textibus, in quibus sermo est de curribus, quatuor hæc animadverti: 1<sup>o</sup> Currum nomen non de curru tantum, sed etiam de his qui curru velantur, de aurigâ et de his qui currum comitantur, usurpant. 2<sup>o</sup> Currus binis equis plerumque trahi consuevit. 3<sup>o</sup> Unicum tantummodo hominem currum ascendisse, addito aurigâ, qui equos moderaretur. 4<sup>o</sup> In præliis curri comites accessisse milites nonnullos, adeo ut pro singulis curribus decem homines numerari possint. His indicibus nonnulla Scripturæ loca conciliantur, quæ nondum exponi posse visa sunt,

quid accidisset Naas Ammonitarum regi, quem inopinato adventu sic oppressit rex novus, ut ne duo quidem remaneret simul, et nuper editâ suorum clade vehementer dolerent, et

summamque indicant affinitatem inter currus Philisthorum, Syrorum et Chanæeorum, eosque quibus heroes utebantur in bello Trojano, qui utique omnium apud profanos scriptores vetustissimi sunt. Falcet etiam currus erant, alii planè ab his de quibus in presenti.

Legimus in 2 Reg. 10, 18, Davidem occidisse de Syris septingentos currus, et in eodem libro, 8, 4, ex Hebræo, *subtraxisse centum currus*; quæ sanè phrasæ ad litteram accipi nequeant, nisi exponantur de curribus simul et hominibus qui illis vehebantur, de equis trahentibus, ac de militibus comitantibus. Sed difficultatem auget textus parallelus 1 Par. 19, 18, ferens: *Interfecti de Syris septem millia currum*. Porrò inter septingentos et septem millia discrimen est ingens: sed utrumque conciliatur, si pro quolibet curru decem homines constituantur, ex quibus unus currum ascendit, alter ducit, octo comitantur. Qui scandit, appellatur in Scripturâ princeps decem, ceteri manipulum ejus constituunt. In hoc textu Regum, quem versauimus, eadem animadvertitur jurat. Habebant in exercitu Philisthæi tria millia currum, quorum singulos decem homines comitantur; quare tria hæc millia currum reddebant triginta millia virorum, adeoque verissime affirmari potuit, exercitum hostium habuisse triginta millia currum, curru nomine designatis his qui currum ascendebant et comitantibus. (Calmet.)

« Les incrédules, dit Voltaire, se récrient et sur ces trente mille chariots de guerre et qu'avaient les Philistins. » Le syriaque et l'arabe ne lisent que *trois mille*. Le très-grand nombre des critiques observe avec raison qu'un copiste a écrit par méprise *scheloshim*, trente, au lieu de *schelosh*, trois.

« Quand nous mettrions trois mille chariots, et au lieu de 30,000, nous ne contenterions pas encore les incrédules: tous conviennent et que le pays de Chanaan ne connut la cavalerie que très-tard. » Il faudrait donner des preuves de ce consentement universel à soutenir que les Philistins n'eurent point de cavalerie du temps de Saul; mais voici une raison qui dispense de toutes citations: « Dans ce pays montagneux et entrecoupé de cavernes, et où on ne se servait jamais que d'ânes. »

Il ne fallait donc pas dire qu'on n'y eût point la cavalerie que très-tard. Il est vrai que l'Écriture nous apprend en plus d'un endroit que les femmes des Hebræus, leurs magistrats mêmes, en temps de paix, se servaient d'ânes, comme d'une monture commode: mais en conclure que les Chanæéens et les Philistins n'avaient ni cavalerie, ni chariots de guerre, et le soutenir contre le témoignage formel des écrivains du pays, c'est comme si on soutenait qu'en France et en Italie l'usage des chevaux n'était point connu, parce que le pape et les cardinaux, nos prélats, nos magistrats, nos médecins avaient, il y a peu de temps, des mules pour monture ordinaire; parce que nos anciens rois faisaient tirer leurs voitures par des bœufs,



conservandæ bellicæ gloriæ studio nihil sibi non tentandum putarent, talem adornarunt militarem instructum, qualis in angustiâ illâ regione videbatur comparari non posse. Sed sicut cap. 7, adjunxerunt sibi Philistiim Tyriorum auxilia, ut constat Eccli. cap. 46, v. 20, quos prodigiôsâ victoriâ superavit Samuel: *Et intonuit de calo Dominus, et in sonitu magno auditum fecit vocem suam, et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistiim*; sic etiam nunc adfuisse quoque arbitror Tyriorum auxiliares copias, et ex ipsis tot curruum et equitum millia fuisse congregata. Quomodo enim aliter triginta curruum millia cogi potuissent?

VERS. 6. — QUOD CUM VIDISENT VIRI ISRAEL, etc., ASCENDERENT SE IN SPELUNCIS, ET IN ARBITRIS, IN PETRIS QUOQUE, ET IN ANTRIS, ET IN CISTERNAIS (1). Libenter ad imperium Saulis un-

« Mais le pays est montagneux et plein de cavernes. » Comme si l'usage des chevaux était inconnu dans les pays montagneux! Voltaire pouvait-il ignorer que l'armée d'Alexandre traversa la Palestine tout entière du nord au sud; que celles des rois de Syrie et d'Égypte la parcoururent dans tous ses sens, ainsi que celles des Romains, des Arabes, des Croisés, etc.? Il y avait de la cavalerie dans ces armées, et il y avait des chars, et il y avait même des éléphants. Les incrédules, avant de hasarder des assertions si téméraires, auraient dû au moins consulter la géographie du pays; ils auraient vu que tout le pays qu'habitaient les Philistins, que tout le terrain compris entre Gaza et le mont Carmel, et depuis Joppé jusqu'à deux ou trois lieues de Jérusalem, est un pays de plaines; qu'il en est de même de celui qui s'étend depuis le mont Thabor jusque vers les sources du Jourdain, et de celui que ce fleuve traverse jusqu'à son embouchure dans la mer Morte.

(Duelot.)

(1) Eadem res ter hic repetita videtur: *In speluncis, in antris, in cavernis*. Hebræus ad litteram: *In speluncis, in spinis* (vel in locis incultis et sylvestribus), *in petris, in turribus et in cisternis*. Chaldaeus: *Absconditi sunt populus in speluncis, in montionibus, in foraminibus petrarum, in speluncis rupium, et in foveis*. Septuaginta: *Occultavit se populus in speluncis et in stabulis* (vel in vivariis, aut in salibus, quod se fera recipiunt), *et in petris, et in foveis, et in cisternis*. (Calmet.)

Mysticè Dionys. Carth.: « Sic, inquit, alii qui Christiani cernentes se undique à diabolo, mundo et carne tentari, in formam petre, in fossâ humo, id est, in Christi vulneribus, et in Dominicâ passionis memoriâ salubriter se occultant: et in proprio humilitationis profundo se celant, atque in tantum parvi pendunt, et quasi nihil se reputant: quod à demonibus nequeunt tangi. » Et Beda: « Cum viderint, inquit, fideles antiqui hostis insidias, etc. Presidia mox necesse est lectioinum spiritualium jejuniorum, elemosynarum, orationum, ceterarumque virtutum, quibus defendantur, addeant, abscon-

decumque Israelite convenerant; magnos enim animos et audaces spiritus indidit Ammonitarum cædes: sed cum eas copias viderent à Palestinis esse coactas, quas contrahi posse non putabant, neque contra tam instructas acies satis sibi esse virium, desponderunt animos, neque existimârunt in patriis sedibus et domibus effugere se posse hostile ferrum; atque idèo latebras querunt, speluncas et occultos sinus quos putabant occultos esse Palestinis; aut illos non curaturos de illis quorum timere poterant occultas insidias, neque videbant sine labore magno atque dispendio futuram esse ignobilem illam et exiguam prædam. Porro regionem illam plenam esse ejusmodi latebris, et illas in aperto discrimine subire solitos Israelitas, diximus ad illud Isaie cap. 2: *Ingredere in petra, et absconde in fossâ humo*. De quibus Josephus testis ipse oculatus lib. 1 de Bello. cap. 12: *Spelunca, inquit, in præruptis montibus erant undique inaccessas, transversoque tantum ac perangustos accessus habebant*. Sanè David in speluncis delituit, 1 Reg. cap. 24. Et Josue cap. 10, quinque reges ex speluncis, in quibus sese absconderant, extracti sunt. Cisternæ porro, vacuâ mirum ab aquis occultandis hominibus commodissime sunt: nam et profunda sunt et late, et os illarum facili negotio sic clari potest, ut non possit ab hoste venatore quantumvis attento deprehendi. Neque, credo, homines meticulosi, urgente hoste, refugerent cœnum, si quod in cisternâ fundo subbedisset, cum mors, quam declinare cupiebant, multò esset acerbius. Sanè Marius, vir fortis et strenuus, ut mortem effugeret, in palustri cœno apud Minturnenses aliquandiu fuit.

VERS. 7. — HEBRÆI AUTEM TRANSIERENT JORDANEM IN TEBRAM GAD ET GALAAD. Omnes, quotquot erant cum Saule, Hebræi erant; neque omnes transièrent Jordanem, cum eorum quæ latuissent in latebris montiumque cavernis; alii aliò, prout se commodior ostendebat ad salutem via, dilaberentur; nonnulli cum suo rege manerent in castris. Cur qui transiissent Jordane ad Gad atque Galaad sese fugâ corripere, Hebræi dicantur, explorandum est. Ego quendam rationem invenio, quam priusquam expono, observo, frequentes esse in Scripturâ sacrâ sicut etiam in profana, allusiones et paranomasias ad significationem vocabuli. Ali-

« danturque in eis à contradictione linguarum; ut Pater, qui videt in abscondito, miseretur et adjuvet. » (Corn. à Lap.)

quot nos exempla produximus in nostris Commentariis ad illud Jeremie cap. 1: *Virgam vigilantem ego video*. Illa tu vide. Nunc tria tantum exempla producam. Primum ex cap. 2 Sophonie, v. 4, quod etiam in nostris Commentariis super Sophoniam expendimus: *Quia Gaza destructa erit, et Accaron eradicabitur*. Accaron, Hebræicè אַצְרֹן Ecron, à verbo אָצַר acar, deducitur, quod eradicare significat. Quare hic erit sensus: Accaron juxta sui nominis notationem erit eradicata, id est, sui nominis significationem implebit. Alterum erit ex Epistolâ ad Philemonem v. 11, ubi Onesimum utilem futuram esse dicit, nempe juxta suum nomen: *brutusque enim tuum significat*. Et Nabul juxta nominis sui vim stultus vocatur, lib. 1 Reg. cap. 25, de quo Abigail: *Secundum nomen suum stultus est*. Cum ergo Hebræi, qui Hebræicè אִבְרִים Ibrim, sic appellati sint, quasi transientes, vel quia ex Abraham prognati, qui transiissent Euphrate migravit in Chanaanem solum; vel quia mare trajecerunt Rubrum aut aliquandiu post Jordanem, utrumque siccò alveo; nunc juxta nomen suum trajecisse iterum dicuntur Jordanem, et in regiones transjordaninas excessisse, quasi in eâ fugâ verè fuerint Hebræi, et id reipsâ præstiterint, quod Hebræorum nomen portendit et sonat; propter hoc existimo, cum omnes Hebræi fuerint, hos speciatim Hebræos nominari, qui fluvio transiissent salutem sibi longiori fugâ quaesierunt. Hæc mihi probabilia; sed fortassâ illi qui ultra Jordanem constitierint, tribus videlicet Ruben, Gad et dimidia tribus Manasse, vocati sunt Hebræi, quia necesse erat ut Jordanem transirent, si vellent sese cum reliquo populo conjungere, sicut fecerunt proximè, cum venerint evocati ad castra Saul. Et eam ob causam crediderim Israelitarum vulgò tribus illas transjordaninas Hebræas appellari communiter.

VERS. 8. — ET EXPECTAVIT SEPTEM DIERES JUXTA FLAGITUM SAMUELIS, ET NON VENIT SAMUEL IN GALGALA, DELAPSYQUE EST POPULUS AD EO (1). Jam antè præviderat Samuel, venturum Saullem in Galgala, quo tempore omnes ditiois sue vires contra novum regem armarent Philisthæi; aut certè, quod cap. 10 potius notabamus, monuit, ut in Galgala secederet, ibique

(1) Audi S. Gregor.: « Idcirco per inobedientiam cecidit, qui integris septem diebus sicut jussus fuerat non expectavit. » Et postea: « Hæc septem diebus prophetam sustinuit, sed dum prestolari eum in fine diei desistit, gloriam tantæ dignitatis amisit. »

(Corn. à Lap.)

expectaret septem dies, ut populo Domino, ab ipso disceret quid factu opus esset. Fecit Saul quod à Samuele in mandatis acceperat, expectavit septem dies; sed cum populus expectatione fatigatus, et impendente proximè periculo perterritus diffugeret, antequam septimum completeret dies, non expectato amplius Samuels adventu, ipse statuit operari sacris placare Deum atque consulere. Quod tandem fecit oblatiis holocaustis victimisque pacificis (1).

VERS. 10. — ECCE SAMUEL VENIEBAT (2). Non

(1) VERS. 9. — ET OCCULTI HOLOCAUSTEM. Putant aliqui Saullem per se sacrificasse, idèo quoque regno privatum esse. Graviter ergo peccavit, quòd cum esset laicus, sacerdotalem functionem usurpare præsumpsit: sicut fecit Ozias rex thurificando, idèo quæ à Deo perussus est Isrâ, 2 Paral. 26, 16. Ita Rupert., Lyran., Dion., et faves Josephus. Addit R. Levi, Saullem hæc sacrificia obtulisse, ut à Deo spiritum prophetiæ impetraret, quò dinceps sine Samuele regeretur. Unde et à Tertulliano, lib. 2 contra Marc. cap. 25, vocatur, *despector Samuels propheta*. Verùm nil tale indicat Scriptura; alioqui enim hoc illi expostrasset Samuel acerrimè; atque habebat Saül sacerdos in castris, per quos sacrificia offerri poterat; cur ergo illud sibi videlicet, sciens id à Deo vetitum? Ita Abulensis, Serarius et alii.

(Corn. à Lap.)

(2) Unde S. Ignatius epist. 6 ad Magnes.: « Saül, inquit, honore privatur regio, non expectans summum sacerdotem Samuelem: oportet itaque et nos revereri prestantiores; decetque non modò vocari Christianos, sed esse. Nec enim dico, sed esse, beatos facti. Si qui episcopus appellat et sine eo omnia faciunt hujusmodi, dicit ipse qui verus et primus episcopus est: *Quid me vocatis, Domine, et non factis que dico?* Tales enim non boni conscientiam mihi prædicit esse videtur, sed esse simulatores et personati. »

ET EGRESSUS EST SAUL OSTIAM ET. Causas dat Dion.: « Honoravi, inquit, Samuelem propter ejus senectutem et sanctitatem, prophetae talemque gratiam, et quoniam ante eum judex fuerat populi, et suis orationibus ac meritis multa bona à Deo obtinuit populo; sed et hæc vice speravit juravi per Samuelem. »

(Corn. à Lap.)

Lorsque Saül achevait l'holocauste, Samuel arriva. Il ne paraît pas que le péché de Saül ait été de lui-même le sacrifice, puisqu'il l'a apparemment offert par le ministère des prêtres de la race d'Aaron qui l'avaient suivi, comme on croit aussique Samuel, qui était de la race de Lévi, et non de la famille d'Aaron, quoiqu'il fût prophète, n'a offert néanmoins le sacrifice que par les prêtres de la race sacerdotale, selon l'ordre établi de Dieu.

Mais sa faute consiste en ce qu'il n'a pas eu une déférence exacte pour les ordres de Dieu et de son prophète, il voit que les ennemis sont proches et que le péril le presse. Il attend sept jours. Il est au septième quand Samuel devait venir; il voit que le jour s'avance; il n'attend pas sa venue, il la prévient. Il se